



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt CVII. Qvam Perniciosvm Sit Sacerdotem non sacrificare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

suos aliis alendos dederunt, ego autem mea carne alo, me his exhibeo, omnibus faueo, omnibus optimam de futuris spem praebeo. Qui in hac vita ita se nobis exhibet, multo magis in futura. Et rursus idem aureum os hom. 24. in cap. 10. prioris Corint. In caelum namq; corpus ipsum extulit, quod etiam nobis exhibuit, & ut teneremus & manducaremus, quod maximum dilectionis signum est. Quos enim amamus, nonnunquam etiam morsu petimus. Quare Iob ut seruorum in se amorem ostendere morficat ret dicebat, illos saepenumero nimio in se amore dixisse: Quis det de carnibus eius, ut saturemur? ita & Christus suam carnem dedit nobis, ut ea saturemur: quo nos in plurimum sui amorem allexit. Ad eum igitur cum feruore accedamus, & dilectione quam vehementissima, ne grauius subeamus supplicium. Quanto enim maius beneficium accipimus, tanto magis puniemur, quando eo indigni apparebimus. Haecenus D. Ioann. Chrysostomus.

Ut matres
infantulos
suos hianti
ore morficat
ret dicebat,
illos saepenumero
nimio in se amore
dixisse: Quis det
de carnibus eius,
ut saturemur?
ita & Christus
suam carnem
dedit nobis,
ut ea saturemur:
quo nos in plurimum
sui amorem
allexit.

CAPVT CVII.

QVAM PERNICIOSVM SIT SACERDOTEVM NON SACRIFICARE.

§. **Q**ui Sacerdotes fuerint interesse non contenti, crebro sacris operentur. Est enim iuge sacrificium, Daniel. 12. v. 11. quia iugiter & quotidie offerendum est. Synodus Trident. sess. 23. cap. 14. Curet Episcopus, ait, ut Sacerdotes saltem diebus Dominicis & Festis solennibus, si autem curam habuerint animarum, tam frequenter ut muneri suo satisfaciant, Missas celebrent.

§. Sacrum vero intermittens Sacerdos legitime non impeditus plurimis se aliosque bonis priuat. Docet id Ecclesia Doctor S. Bonauentura lib. de prepar. ad Missam cap. 5. Cum Sacerdos est absq; mortali peccato, & in proposito bono non habens impedimentum; & non ex reuerentia, sed ex negligentia celebrare omittit: tunc quantum in ipso est, i. priuat.

uat Trinitatem laude & gloria. 2. Angelos letitia. 3. peccatores
 remia. 4. infirmos subsidio, & gratia. 5. in purgatorio existentes re-
 frigerio. 6. Ecclesiam Christi spirituali beneficio. 7. & seipsum
 medicina & remedio contra quotidiana peccata, & infirmita-
 tes. Quia, sicut ait Ambrosius, si, quotiescung, effunditur san-
 guis Christi, toties in remissionem peccatorum effunditur, debeo
 illum semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur. Qui
 semper pecco, semper debeo habere medicinam. Item priuat se o-
 mnibus talibus prouenientibus ex sacra communione, quæ sunt,
 8. peccatorum remissio. 9. fomitis mitigatio. 10. mentis illumi-
 natio. 11. interior resectio. 12. Christi & corporis eius mystici in-
 corporatio. 13. virtutum roboratio. 14. contra Diabolum arma-
 tio. 15. fidei certitudo. 16. spei eleuatio. 17. caritatis excitatio. 18.
 deuotionis augmentatio, & 19. Angelorum conuiuatio, &c. 20.
 Item abicit viaticum sua peregrinationis, exponens se periculo
 mortis: quia, nisi recipiat alimentum corporis Christi, & vite
 vegetationem, efficitur sicut aridum membrum, ad quod non trans-
 mittitur corporalis cibi nutrimentum. 21. Vltimo, quantum in-
 fecit, euacuat diuinum cultum, & latram creatori debitam,
 ingratus de beneficiis. Vnde dicitur. Si quis mundus est, scilicet
 a peccato mortali, & in itinere non fuerit, scil. aliter impeditus
 & non fecit phasæ, anima illa de populo suo exterminabitur,
 quia sacrificium non obtulit Deo Domino tempore suo. Ergo, quan-
 tum potes, toto conatu per exercitium boni operis, lacrymarum
 contritionem, & deuotionis flammam, expelle à te omnem tepo-
 rem, & negligentiam, ne intuentis respuere tantorum charis-
 matum dona.

CAP. CVIII.

INVITAMENTA AD SACRIFI-
candum.

¶ Vnt & quam plurima alia rerum momenta, qui-
 bus ad frequenter celebrandū, si ponderauerint, inducentur.
 §. 1. Rara sacrificatio ingrati animi crimen est, cum

Ingratus in
 Christum
 presbyter sa-
 cris ratiōis
 operans.

R

Chri-